



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quęstio 1. Qui in terram bonam sati?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Nam fidelis manens fidelis à fide deficere non potest, & fidelis manens fidelis viua fide à salute non decidit, nec decidere potest. In sensu composito, vt loqui solent Theologi. Sic Augustinus, Prosper, & ex eis Scholastici. Deficere autem docet. August. de corrept. & gratia. cap. 8. Prosper ad capitula Gall. responsi. 7. Ita etiam Caluiniani molliores in Belgio. Confessio Augustana damnat Anabaptistas docentes: Eos qui semel iustificati sunt, non posse amittere Spiritum sanctum. Et Zwinglianus Bullingerus in hunc locum.

25 Vult autem vt scintillam hanc celestis luminis, &
 26 semen diuinum nostris iniectum peccatoribus excite-
 27 mus & colamus exercitijs pijs: quod qui faciunt, aug-
 28 mentum recipiunt donorum: qui negligunt, quod
 29 semel acceperunt, etiam amittunt. Hoc ipsum tradi-
 30 dit Dominus suis per parabolam Talentorum apud
 31 Marth. in 25.

VERSUS 7.8.

Alia autem ceciderunt in spinas: & creuerunt spina, & suffocauerunt ea: Qui autem seminatus est in spinis, hic est, qui verbum audit, & sollicitudo seculi istius & fallacia diuitiarum suffocat verbum, & sine fructu efficitur.

QVÆSTIO I.

Qui sint seminati in spinis?

Semen in spinis germinat. S. i. **M**Aior inter spineta spes fuit mellis, radicem enim habuerunt, in culmos excreuerunt, cū spinis certant, sed victæ & oppressæ legeres succubuerunt. Terra itaque ferax fuit, sed parum culca, & subacta. Culmum cum spinis exurgere, & fructum ferre videri, ait etiam hoc loco Bullingerus, sed fructū non ferre ad iustam enim frugem non perueniunt. Spinās vocat curas sæculi, hoc est quicquid à virtute homines auocat. Vt sunt sollicitudo familiæ, honoris, maxime vero fallacia diuitiarum, seu fallaces diuitiæ, quæ nunquam finitè tenentur, sed quasi sint æterna animum insident, amantur. Itaque.

Plures nimia congesta pecunia curâ strangulat.

Grauis censura Domini, qui diuitijs spinas comparat, in quibus plerique mortalium acquiescunt. Quis diuitias pungere spinarum instar crederet, nisi Veritas diceret?

§. 2. Hoc loco omnia de fide dici possunt, quæ
versibus superioribus exposui. Nam hic semen pen-
trat, & crescit, sed tandem suffocatur. Nec videtur ut
se discendens id negare Caluinus comm. in hunc lo-
cum. [Danda igitur, *inquit*, singulis opera est, ut spi-
nas e cordibus suis euellant, nisi verbum Dei suffo-
cari velint: quando nemo est qui non ingenti spina-
rum copia & quasi densa sylua refertus sit. Et certe vi-
demus quam pauci ad maturitatem perueniant; quia
vix decimus quisque non dico ad extirpandas, sed ne
ad rescandens quidem spinas intensus est. Atqui ipsa
multiplex copia quæ torporem excutere debebat, ple-
risque faciscendæ causa est. Imposituram diuitiarum
Christus pro auaritia posuit. Sed consulto diuitias vo-
cauit fallaces vel deceptrices, quo magis ab earum la-
queis sibi cauere discant homines. Cæterum quot
sunt carnis nostræ affectus, quorum innumera est co-
pia & varietas, vitæ minime totidem esse noxas ad
corrumpendum vitæ semen.]

Iubet ille spinas euellere, ne fidem obruant, si fides
des mortua est, aut sanè sibi videntur habere, non ta-
men habent, non potest opprimi. Si veram fidem ha-
bent, illa indelebilis est, ita vt non modo spinis & vir-
gulis non obruantur, sed neque si arbores simul enas-
cantur, aut incidant, pati detrimentum possit.

Non igitur nisi grauissime detorquendo hunc lo-
cum respondere possunt. Si enim fides horum vera
non est, si mortua, non igitur *ἀκαρπής* & infructuosa
spinæ faciunt, sed propria natura. Et si omnes spinas
cum fideis in dustrij agricolæ tolleret trunca, non id-
eo mortua fides succum deder; nam fructificatæ vite
opus est, non mortis. Quam vero improbe scriptu-
ram tractent, qui fidem eorum qui credunt, & desi-
ciunt, nunquam fuisse verâ pronuntiant, voce Christi
distictissima explicatur. Luc. 8. 7. *Et simul ecclesie spinæ*
ἰσχυροαυερντῖν τὸν ἀκαρπὺν ἀνὴρ, & v. 17. ὅτι μετὰ τὴν
καὶ σπέρμα καὶ ἡδὺν καὶ βίαν συλλογίζονται, καὶ ἡ πὰρ
σφοδρῶς, a cutis, & diuitijs, & voluptatibus vite su-
perficantur, & non ferunt fructum in finem, seu per-
fectum. Hoc fieri qui potest, vt mala ista, & illecebre
suffocent fidem iam ante demortuam, & non cam,
quæ floret, & viuít?

VERSUS 9.10.

Alia autem ceciderunt in terram bonam: & dabant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimū. Qui vero in terrā bonam seminatus est, hic est qui audit verbū, & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud verò tricesimum.

QVÆSTIO I.

Qui in terram bonam sati?

§. i. **B**onæ terræ felix proventus describitur, Varronio tamen proventus, alia enim grana centesimulum, alia minus proferunt. In Græco est *ἐκατὴ ἰσχυρὰ*, κατὰ τριακόντα, noster vertit visitatore modo, *ἐκατόν τοιόν*, centesimum &c. Sic quoque Syram interpretantur, sed ille habet *XXXII* centū &c. Esse terras adeo fertiles &c. historij notius est, quam vi probare sit necesse. Vide Plin. lib. 5. cap. 4. de agro Babylonio. Bonam terram intelligi non modo, quæ natura molli est, sed quæ cultu subacta est, à stirpibus, fructibusque noxijs purgata.

§. 2. Daniel Tossanus Maldonarum nostrum reprehendit. [Sed hic bē, *inquit*, errat Maldonatus, dum contra nostros asserit, nostram naturam aliquid boni habere, & comparari bonæ terræ : & ea loca quæ profert ex Augustino, nempe ex lib. 2. de serm. Domini, contra ipsum faciunt. Ibi enim diserte ostendit Augustinus, nos naturā esse malam arborem & malas arbores, sed ex gratia fieri bonam terram iuxta illud Joh. 15. sine me nihil potestis, &c. & Gal. 5. bona opera fructus spiritus S. vocatur, nobis scilicet gratia donati. Et i. ad Cor. 3. nihil prodesse cultum, nisi Deus benedictionem largiatur. Alter erroret, quod contra omnium veterum, & Hieronymi imprimis & Augustini, imo & Scholasticorum interpretationem, & huius textus veritatem fructus, quos alij centenos, alij sexagenos proferunt, de vita

eterna, & diuersis præmijs intelligit. cum manifeste Christus prælerum Luc. 8. id referat ad fructus bonorum operum ex corde honesto & bono, id est, regerato, cum patientia, id est, constantia, quæ opponitur illis rebus.

Nos, si Tossano credimus, ter Maldonatim errasse dicemus, bis scripturam male interpretando. Semel Augustini dicta in aliam sententiam trahendo. Verum citasse Maldonatum est calumniam refutasse. Bonam autem terram, inquit, appellat non solum quæ bona sua bona est; sed quæ bene culta, quæ subarata, quæ purgata est. Nam &, quæ secus viam est, bona est, sed arata non est: &, quæ spinis operata, bona est, sed inculta. Illa absolute bona dicitur, quæ & natura pinguis, & diligentia bene culta est. Si exemplum magis in homines conuenit. Quorum exemplum id est bona per se natura est, bona per se voluntas, sed eam alij aut non colendo vie similem, aut non aliter arando petrosam, aut non sarriendo spinosam faciunt.

Bona igitur natura hominis, sed ex peccato vitiosa. Ex originali mala, sed ex consuetudine peccandi deterior, non sic ut nihil habeat boni, sed ut nihil possit, quod placeat summo bono. Hoc ergo, de bone terra, quam cum Deus creasset, vidit bonam esse, sed à diabolo consensu hominis vitiatam: Maldonatius.

Alter error nullus est. Verba Maldonati sunt. Fructum vero, ait, vocat, aut opera bona, quæ fidei, & verbi Dei fructus esse solent, ut, auferetur à vobis regnum DEI, & dabitur genti facienti fructus eius c. 21. 43. aut, quod magis credo, vitam eternam, ut 2. Cor. 9. 6. qui parce seminat, parce & metet, &, qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet, & ibid. vers. 10. Qui autem administrat semini, & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum in semine vestro & ad Gal. 6. 7. 8. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet, qui seminat in carne, de carne & metet corruptionem, qui autem seminat in spiritu, de spiritu & metet vitam eternam. Et Iacob. 3. 18. fructus autem iusticie in pace seminat facientibus pacem.

Ecce non modo docet, sed demonstrat etiam esse vitam eternam. Proximus est fructus bona opera, perfectus vita eterna. Mirorque Tossanum verbi Dei, & fidei fructus facere bona opera, cum sint eius iudicio peccata mortalia, non potius eum fructum dicere, qui iustum esse non potest. Deinde ex fructibus est primarius magna in Deum, & constant caritas, illa non in hac tantum vita, sed etiam in eterna manet, ut docet Apostolus: non igitur opus est ad bona opera huius vite dictum Christi asserere.

Hoc nequaquam tolerandum est, quod ait esse contra omnium veterum interpretationem, fructum illum de eterno premio accipere. Verus est Cyprianus, at ille de glorie premio accepit. Ep. 77. Cuius numero, nec virgines defunt, quibus ad sexagenarium fructum centenis accessit, quasque ad celestem coronam gloria geminata prouexit. ne vero non mercedem intelligas, clarius explicauit l. de disciplina, & habitu virginum. Primus, inquit, centenarius martyrum fructus est, secundus sexagenarius vester est. Ut apud martyras non est carnis & seculi cogitatio, nec parua, nec leuius, nec delicata congressio: sic & in vobis, quarum ad gloriam merces secunda est, sit & virtus ad tolerantiam proximam. Non est ad magna facile ascensus, quem sudorem perpetuimus, quem laborem cum conamur ascendere colles & vertices montium: quid ut ascendamus ad celum? si premium pollicitationis attendas, minus est quod laboras. Immortalitas perpetua datur, perpetua vita promittitur, regnum Dominus pollicetur. Seruate virgines, seruate quod esse copistis, seruate Adami Conceptionem, in Euang. Tom. I.

quod erit. Magna vos merces in met, premium grande virtus, minus maximum castitas.

Ad loca Augustini quod attinet, nulla vel hoc loco vel Luc. 8. vel Marc. 4. proferit Maldonatus quæ contra ipsum faciant ut alibi ostendi.

QVÆSTIO II.

An meritum hinc doceatur & præmiij
inequalitas?

§. 1. Maldonatus duos errores Caluinistarum ex hoc loco refutari docet. Primum, quo negant meritum. Alterum, quo præmiij æqualitatem constituunt. Quod miror non legisse, aut desperasse de solutione Tossanum: nullam enim mentionem facit, alias Maldonati semper Aristarchus Meritum ex eo conficit. Quia non modo premium bonitati terret, sed etiam colentium diligentia & latori respondet, itaque laborant, & consummant opus magno premio destinatum, ut loquitur Cypr. de discipl. & habitu virginum.

Præmiij autem inæqualitas numeris positæ à Christo ostenditur; non enim eadem mensura cuncti fructus ferunt. Sed in beatitudine tamen omnes continentur. Falsitatem est Wolfgangi Musculi doctrinam: Non minus carus est qui trigecuplum, eo qui centuplum habet. Qui duo talia lucratus erat, audiebat & ipse illud: Enge serue bone &c, qui ergo perfecti fructum adferunt centuplum, non contemnunt infirmiores: qui infirmiores 30. tantum habent, non inuidant perfectioribus.

Nam omnes intrant in gaudium, sed diuerso gradu dignitatis, ac meritum. Caluinus certe Musculo contradicit. [Atque hinc docemur, minime sperandos esse, qui minus excellent, quando ipse paterfamilias, licet vnumquemque pro abundantia suæ gradu alijs præferat, communi tamen bonitatis elogio infirmiores quoque dignatur.]

Præferentiali alijs à Deo est maius premium accipere, non modo gaudiorum, sed etiam diuini iudicij. Nam à Deo præferrunt premium est.

§. 2. An triplex ille gradus tribus hominum statibus recte accommodetur: Caluinus vnum Hieronymum taxat: Ceterum tres istos gradus infuisse Hieronymus ad virgines viduas, & coniuges detorquet, quasi vero prouentus quem exigit à nobis Dominus ad solum cœlibatū pertineat, ac non sepe vberior sit in profecundo omni virtutum fructu coniugum pietas. Hoc quoque obiter sciendum est, Ch. istum non hyperbolice loqui de fructu centuplo, ut tunc fuit quarundam regionum fecunditas: nec ex historicis plerisque & quidem oculatis testibus constare.

At primus istius interpretationis auctor non est Hieronymus, sed vetustiores. Ita res habet. Hieronymus, centum virginitati, sexagenum viduis, tricennum coniugibus tribuit. Alj eodem ordine, Martyribus, virginibus, coniugatis, Aug. quæst. Euang. c. 9. diuerso modo assignantur.

Theophylactus, Anachoritis, cenobitis, coniugatis. Est & alia apud Aug. l. 21. de ciuit. c. vii. fuisse refert, qui dicerent, sanctorum nonnullos centum, alios sexaginta, alios triginta damnatos, sua de precatone liberaturos, qui error ex Chiliasis, & Origenianis est.

§. 3. Patres eam interpretationem, non tantumquam literalem, sed velut moralem statibus hominum accommodarunt. Literalis enim sensus aliud præmijs non intendit, quam fidelium diuersos esse fructus, gradus, & præ-

Meritum
negant, æ
quale præ
miij af
ferunt
Caluinia
ni.

Nō omnes
aque cari
Deo.

Calui
nus suū
contra
dicit.

Gradus
fructuum
& status
hominum
diuerso
modo as
signantur.

Diuersi
quod præ
mijs.